Castel[lanu]s Sedomir[iensis] et Rudolowski inscribunt se inter eisam habitam inter se tenendam:

Comparentes personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Generosa Catherina de Zborow relicta consors olim Magnifici Hieronimi Ossolinski Castellani Sedomiriensis ab una et Albertus Rudolowski ab altera partibus [illegible]

[illegible]

Ossolinski inscribit se pro m[agnific]o Rudolowski

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castrensibus Premisliensibus Generosus Zygmunt Ossolinski olim Magnifici Hieronimi Ossolinski Castellani Sedomiriensis filius [illegible]

[illegible]

latius in se canen, Etiam prefatus Ihignens ossolinski se, successores
suos, bonaque sua omnia mobilia et immobilia ubicumque consistent obligat
et inscribit prefatum Albertum Rudolowski et eius successores occasione
bonorum modo praemisso arendatorum, eximere, et liberare, indemnemque red-
dere ab omnibus inscriptionibus priorum et posterioribus resignationi-
bus dotum et dotalicorum, iuribus quibuscumque, lucris perlucris perductis
et perducendis, Cittationibus, Concitationibus importatis et importandis tam
ex parte matris sue et fratrum suorum, Illis et per se aut quasi
personas non iuriari sub vadio simili Mille Nonigentorum et quin-
quaginta florenorum pecuniae monetae polonicae. Insuper idem recognoscens
se successores suos ultimos in et super omnibus bonis suis mobilibus
et immobilibus nunc et in posterum ubicumque in Regno habitis et habendis
obligat et inscribit praeterea inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Pre-
mieglien vel Przeworsken infra decursum unius Anni transferre
et transportare similemque vel si opus fuerit meliori recognitione
facere sub simili vadio Mille Nonigentorum et quinquaginta florenorum
pecuniae monetae polonicae, Allegationibus quod non feci enadem vadium fa-
cium et facere me offerro, Nec clausula, Nemine ad impossibilia
teneri et obligari si non deffendendum, Poena trium Marcarum et tripli-
ci poena vadium seu vadia praenominata non enadem, Pro quibusque
dicto vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitur et succum-
bendum, dictus recognoscens cum suis ultimis successoribus ad iudicium terrestre Pre-
mieglien aut Przeworsken, seu etiam iudicium et officium Castrensem Premi-
glien per dictum Rudolowski et eius posteros cittatus, Inherentes
priori recessioni coram eodem iudicio seu officio, Cui se ad quod ci-
tabitur (actus praesentis respectu) quo ad respondendum cum bonis et
successoribus subiicit, in primo cittationis termino uti in peremptorio quo
sibi et suis ultimis posteris facit et constituit peremptorium stare pa-
rere rendere, et praesentis sue subscriptioni et inscriptioni tam in toto quam
in minima parte ab Tribunali illo ad quod citatus fuerit non recedendum
sub alio et speciali vadio et vadiis satisfacere tenetur et successores
tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes
nulla re exquisita nec colore excogitato neque inde nec extrahendo vera
vel simplici infirmitatibus Actione pro maiori, Litis quibusvis regali-
bus, Litis restitutione, bello expeditione bellica incursu hostium Praefecti
ra exercitus, Servicio Militari, Sacrae Regiae Maiestatis et reipublicae intra
et extra fines regni, absentia a regno ac aliis quibusvis legali-
bus impedimentis, Minorennitate successorum, funere domestico, denegatio-
ne bonorum per hostes, non prorogandum atque excipiendum, Ad quietationem de-
praesenti inscriptione et ad evictionem dilationis non recipiendum, Poena trium Marca-
rum et triplici poena vadium et vadiorum non enadem, Motionibus

appellationibus earumque prosequutionibus, ac quatenus omnibus dilationibus quae ex in-
dustria humana excogitari possunt et de iure consuetudineque observan-
tur semotis et reiectis, Litium prefatorum vadiorum non enadem, Nihilque
eorum in auxilium sibi et successorum suorum contra praesentem inscriptionem et eius
effectum sive illud sit iuridicum recipiendum, Et si quid sibi vel succes-
sorum sui in auxilium quicquam recipere vellent id totum irritum et inane
censeri debet, Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Baliczki tenetur fratri suo

Comparens personaliter coram officio et actis praesentis Castrensis Premieglien
Nobilis Stanislaus Balyzki, A iure foro et iurisdictione suis compe-
tentibus quibusvis recedendum, praesenti vero iurisdictioni Castrensis Premieglien
se cum successoribus bonisque suis omnibus mobilibus et immobilibus ubicumque ha-
bitis et habendis quo ad infrascripta tantum attinet incorporatum et subiicien-
tem sanus mente et corpore exactis publice verbisque expressis recognovit
Quia Nobili Martino Balyzki fratri suo germano et eius succe-
ssoribus summam Ducentorum et octoaginta florenorum pecuniae monetae polonicae quemli-
bet florenorum triginta grossis polonicis computatum certi vel et liquidi debiti
mutuatoque pecuniae tutus et est debitus, pudibusque se successores suos
bonaque sua omnia mobilia et immobilia nunc et in posterum habitis et habendis obli-
gat et inscribit pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli in An-
no Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo proxime venturo
coram officio et actis pudibus Castrensis Premieglien in Castro Premieglien
daturum soluturum nec iterum ab eodem officio ex fidejussurum aut quovismodo
arestaturum, sub vadio similis summae Ducentorum octoaginta florenorum per-
cuniae monetae polonicae in casu non solutionis summae essentialis pro tempo-
re solutionis assignatae ad solvendum irremisibiliter et de facto succumbendum
Quod vadium sive quovis strepitu iuris in Crastino diei solutioni assignatae
in summam essentialem et capitale debitum vigent quingentorum sexaginta
florenorum pecuniae monetae polonicae convertetur, Ac in bonis omnibus hereditatis
et obligatoriis mobilibus et immobilibus praedicti Stanislai Balyz-
ki extendetur extendique debebit, Praeterea idem recognoscens se cum
successoribus bonisque suis omnibus mobilibus et immobilibus ad manus vicissim
Creditoris et successorum eius obligat et inscribit praeterea inscriptionem ex
his actis ad acta terrestria Premieglien ante decursum unius Anni in hac
vel meliori verborum forma transferre et transportare sub si-
mili vadio Ducentorum et octoaginta florenorum pecuniae monetae polonicae
Pro qua summa essentiali ac vadio et vadiis ex quacumque re et
causa succubitur et succumbendum, si se dictus recognoscens cum suis suc-
cessoribus eidem Creditori et posteris eius citare permiserit Extra
admisso suo quovis proprio et competenti foro et iurisdictione, et se